



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CIIII. De obedientia quæ est pars obseruantiaë.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

... quoniam auctor videtur oblitus sui, dum hoc in loco ponit obferuantiam esse uirtutem genericam, dicendo quod dulia est una specierum obferuantie. In primo autem articulo precedentis ex proposito ponit obferuantiam esse uirtutem specialem distinctam contra pietatem, religionem, & iustitiam.

Ad hoc dicitur, quod auctor non dixit obferuantiam esse uirtutem specialem specie specialissima. Sicut enim est intentio suo, quod sit specialis specie subalterna. Et hoc ibi insinuat dicendo, quod ad obferuantiam spectat uenerari principem, ducem, ac magistrum, quos diuerfa ratione constat honorari.

Sed tunc insurgunt dubia duo. Primum est, quod nulla haberetur propria uirtus ad cultum exhibendum principibus nostris, quia obferuantia genus est ad omnes species, quarum alia princeps, alia dux &c. colitur. Secundum est, quod nulla esset species obferuantie, ad quam pertinere uenerari hominem propter uirtutem eius. Et est ratio sequela, quia in littera illius articuli in responsione ad secundum dicitur, quod talis cultus spectat ad eandem uirtutem: sed nulla est eadem in specie uirtus colens omnes in dignitate constitutos, ergo nulla una secundum speciem uirtus est, cuius sit colere hominem propter uirtutem illius.

Sed primum horum solui potest, primo concedendo, quod nulla specierum obferuantie est nominata, nisi dulia, & hyperdulia. Secundo dicendo, quod sicut dispositio est nomen genericum ad habitum, & dispositionem, & est nomen specificum dispositionis distincta contra habitum: ita obferuantia, & est nomen genericum ad omnes obferuantie species, & est etiam nomen specificum illius speciei, qua colitur caput ciuitatis. Et quia de nominibus quaestio hac est, siue sic sit, siue non, parui refert.

Secunda autem dubitatio soluitur dicendo, quod proprie loquendo honorare hominem propter uirtutem, quia dignus est

QVAESTIO CIIII.

De obedientia, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de obedientia.

Et circa hoc quaeruntur sex.

Primo, Vtrum homo debeat obedire homini.

Secundo, Vtrum obedientia sit specialis uirtus.

Tertio, De comparatione eius ad alias uirtutes.

Quarto, Vtrum Deo sit omnibus obediendum.

Quinto, Vtrum subditi suis platis teneantur in omnibus obedire.

Sexto, Vtrum fideles teneantur secularibus patribus obedire.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum unus homo teneatur alteri obedire.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod unus homo non teneatur alteri obedire. Non enim aliquid faciendum contra institutionem diuinam, sed hoc habet diuina institutio, ut homo suo

ducatur, spectat ad illam obedientiam ducem: & honorare hominem propter uirtutem, quod dicitur in libro de caput ciuitatis, & sic de aliis. Et sic auctor, quod spectat ad eandem uirtutem

consilio regatur, secundum illud Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. ergo non tenetur unus homo alteri obedire. Prater. Si aliqui alicui tenentur obedire, oporteret, quod hieret uoluntate precipientis, sed iola diuina uoluntas, quod semper est recta, est regula humanae actionis, ergo non tenetur homo obedire, nisi Deo.

Sed tunc inquit summa magis gratuita, ratio sunt magis accepta: sed id quod homo ex debito facit, non est gratuitum. Si ergo homo tenetur ex debito alicui obedire in bonis operibus faciendis, ex hoc ipso reddetur minus acceptabile opus bonum, quod ex obedientia fieret. non ergo tenetur homo alteri obedire.

SED CONTRA. est, quod praecipitur ad Hebr. vii. Obedite praepositis uestris, & subiacete.

RESPONDENDUM, quod sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentia naturalibus: ita operationes humanae procedunt ex humana uoluntate. Oportet autem in rebus naturalibus, ut superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis uirtutis collatae diuinitus. Vnde oportet in rebus humanis, quod superiores moueant inferiores per uoluntatem ex uoluntate diuinitus ordinata. Mouere autem per rationem & uoluntatem, est superiorum ius sicut ex ipso ordine naturalium diuinitus insinuat inferiora in rebus naturalibus. necesse habent subiecti motioni superiorum, ita et in rebus humanis ex ordine naturalis, & diuini, tenentur inferiores suis superioribus obedire.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus reliquit hominem in manu consilii sui, non quia debet ei facere omne quod debet, sed quia ad id quod faceretur, non cogitur necessitate naturae, sicut creatura irrationalis, sed libera electione ex proprio consilio procedente. Et sicut ad aliam causa debet parere proprio consilio, ita et ad hoc quod obediunt superioribus. Dicitur Gregorius in Moralibus, quod dum alienae uoluntati nos humiliter subdimus, nosmetipsos in corde superamus.

AD SECUNDUM dicendum, quod diuina uoluntas est prima regula, qua regulantur omnes rationales uoluntates

lib. 1. huius quest.

lib. 2. de inuentione in fol. 4. ante fin. lib.

Ex lib. 4. ca. 72. & lib. 3. cap. 8. & 37.

Sup. q. 69. art. 1. cor. & q. 88. art. 10. ad 2. & infra. artic. 5. cor. princ. & ar. 6. ad 2.

est inaequalitas, ut scilicet vnus sit superior, & alius inferior. Par namque in parem non habet imperium. Secundum, potestas vnus super alterum. Operatur enim cum, qui obedire tenetur, ubi potestati illius qui praecipit. Quibus autem in terra primum superior videtur, & secundum deducatur ex proportione similitudine naturalium corporum superiorum & inferiorum in hoc, quod superiora inferiora a superioribus mouentur, & potestate excellunt. Cuius ordinem inferunt simile oportere esse in humanis, videlicet, quod inferiora superioribus mouentur potestate quoque diuina ordinata. Apparet namque in hoc processu superiora inferiora supporta, & motum per se habentem concitari. Si tamen radix consideretur ex vna & eadem ratione, apparet tam in naturalibus, quam in humanis superiora, & inferiora dari, & tanquam per se non assumi. Cum enim, in quodque sic communiter agatur, sicut apud naturam est agi, & econuerso, ut patet ex secundo Physic. & ad sententiam patet tam in corporibus naturalibus, quam in humanis dari superiora mouentia inferiora, apparet siquidem hoc in omnibus generibus, recte concluditur, quod quia proportionalia sunt in vniuersis propriis naturalia & humana, & in ordine inaequalitatis ad superiora: sicut oportet in naturalibus inferiora moueri a superioribus, ita in humanis.

tutes, cui una magis appropinquat quae alia secundum ordinem diuini instituitur. Et ideo voluntas vnus hominis praecipiens potest esse quasi secunda regula voluntatis alterius obediens.

AD TERTIUM dicendum, quod aliquid potest iudicari gratum dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius operis, quod homo ad id non obligatur. Alio modo, ex parte operantis, quod non solus libera voluntate hoc facit. Opus autem redditur uirtuosum, & laudabile, & meritorium propter se magis quam ex uoluntate procedit. Et ideo quousque obedire sit debitum, si propria uoluntate aliquis obediat, non propter hoc minoratur eius meritum, maxime apud Deum, quod non solum exteriora opera, uerum et interiora uoluntatem uidet.

ARTICULVS II.

Utrum obedientia sit specialis uirtus.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vbi dicitur, quod obedientia non sit specialis uirtus. Obedientia enim in obedientia opponitur: sed in obedientia est generale peccatum, dicitur. Am brosius, quod peccatum est inobedientia legis diuinae, ergo inobedientia non est specialis uirtus, sed generalis.

¶ 2. Praeterea. Omnis uirtus specialis aut est theologica, aut moralis: sed obedientia non est uirtus theologica, quia neque continetur sub fide, neque sub spe, neque sub charitate. Similiter et non est uirtus moralis, quia non est in medio superflui, & diminuti: quantum ad aliquos est magis obediens, tanto magis laudatur, ergo obedientia non est specialis uirtus.

¶ 3. Praeterea. Gregorius dicit ultimum. Moralium, quod obedientia tanto magis est meritoria, & laudabilis, quanto minus habet de suo: sed quilibet specialis uirtus tanto magis laudatur, quanto magis habet de suo, eo quod ad uirtutem requiritur ut sit uolens, & eligens sicut dicitur in 2. Ethicorum. Ergo obedientia non est uirtus specialis.

¶ 4. Praeterea. Virtutes differunt specie secundum obiecta: obiectum autem obedientiae esse uel superioris praecipit, quod multipliciter diuersificari uidetur secundum diuersos superioritatis gradus, ergo obedientia est uirtus generalis sub multis uirtutibus specialibus comprehendens.

SED CONTRA est, quod obedientia a quibusdam ponitur pars iustitiae, ut supra dictum est.

RESPON. Dicendum, quod ad omnia opera bona, quae specialiter habet laudis rationem, specialis uirtus deter-

minatur. Hoc enim proprie competit uirtuti, ut opus bonum reddat. Obedire autem superiori debitum est secundum diuinum ordinem rebus inditum, ut ostensum est, & per consequens est bonum, cum bonum consistat in modo, specie, & ordine, & Augustinus dicit in libro de natura boni. Habet autem hic actus specialem rationem laudis ex speciali obiecto. Cum enim inferiores suis superioribus multa debeant exhibere, inter caetera hoc est unum speciale, quod tenetur eorum praecipit obedire. Unde obedientia est specialis uirtus, & eius speciale obiectum est preceptum in tactu, uel expressum. Voluntas enim superioris quocumque modo innotescat, est quoddam tacitum praecipitum. Et tanto uel obedientia promptior, quanto expressum praecipitum obediendo praeuinit, uoluntate tamen superioris intellecta.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet duas speciales rationes, ad quas duae speciales uirtutes respiciunt, in uno & eodem materiali obiecto concurrere: sicut miles descendendo castrum regis & implet opus fortitudinis non refugiens mortis periculum propter bonum, & opus iustitiae, debitum seruitium domino suo reddens. Sicigitur ratio praecipit, quam attendit obedientia, concurret cum actibus omni uirtutum, non tamen cum omnibus actibus uirtutum actibus, quia non omnes actus uirtutum sunt in praecipito, ut supra habitum est. Similiter et quaedam quandoque sub precepto cadunt, quae ad nullam aliam uirtutem pertinent, ut patet in his quae non sunt mala, nisi quia prohibita. Sic ergo, si obedientia proprie accipitur secundum quod respicit per intentionem formalem rationem praecipit, erit specialis uirtus, & inobedientia peccatum speciale. Secundum hoc enim ad obedientiam requiritur, quod impleat aliquis actum iustitiae, uel alterius uirtutis, intendens implere praecipitum, & ad inobedientiam requiritur quod actualiter contemnat speciale praecipitum. Si uero obedientia large accipitur pro executione cuiuscumque, quod potest cadere sub praecipito, & inobedientia per omissionem eiusdem ex quacumque intentione, sic obedientia erit generalis uirtus, & inobedientia generale peccatum.

AD SECUNDUM dicendum, quod obedientia non est uirtus theologica. Non enim per se obiectum eius est Deus, sed praecipitum superioris cuiuscumque, uel expressum, uel interpretatum.

Qui enim praecipit, sufficienter mouet: quia necessitate imponit mobili, ut moueatur. Qui autem petit, non imponit illi, a quo petit, necessitatem, ut patet.

Super Questionis eius similitudo articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem 104. quasi dubium occurrit, an obiectum obedientiae sit praecipitum obligans ad mortale peccatum, uel praecipitum communiter, sive obliget ad mortale, sive ad ueniale. Et est ratio dubij, quia hinc inde sunt auctoritates, & rationes. In primis auctor hic dicit, quod uoluntas superioris quomodo libet innotescat, est quoddam tacitum praecipitum. Constat enim quod non omnis uoluntas superioris nota est praecipitum obligans ad mortale, ut patet cum inuit subdito, quod defertur: libri hebdomadario, & huiusmodi. Et rursum in resp. ad secundum dicitur. Simplex uerbum praecipit, eius indicans uoluntatem, qui obedit promptus obediens, &c. In oppositum autem est, quia in hoc articulo in responsione ad primum, litera dicitur. Ratio praecipitum quae attendit obedientiam, concurret cum actibus omnium uirtutum, non tamen cum omnibus actibus uirtutum: quia non omnes actus uirtutum sunt in praecipito. Et in q. seq. in ar. 1. ad primum dicitur. Peccatum ueniale non est inobedientia, quia non est contra praecipitum, sed praeter praecipitum. Ex his enim apparet quod tam obedientia, quam inobedientia, respicit solummodo praecipitum obligans ad mortale. Non sic sumendo praecipitum, aliqui actus uirtutum sunt in praecipito, & uenialia extra inobedientiam sunt, & non aliter uenialia siquidem in transgressione praecipitum communiter sumpti consistunt.

Ad hoc dicitur, quod proculdubio obiectum.

Secunda Secunda S. Thomae. K K 2 obe-

Art. praecedenti.

c. 3. tom. 6.

c. 3. tom. 6. 2. q. 96. art. 3

obediencie est preceptum communiter sumptum, prout est ter-  
tius actus rationis practica, de quo sub imperij nomine in prece-  
denti libro tractatum est.

Ad cuius clariorem intellectum scito, quod sicut in dispositio-  
ne humane vite secundum corpus, aliquis est cibus contrarius

vite, vt venenum: ali-  
quis est minuens ali-  
quid, quod est de in-  
tegritate vite, vt ci-  
bus nocens oculis,  
uel stomacho; & ali-  
quis est in nullo mi-  
nuens, sed eius omis-  
sio efficit melior, vt ci-  
bus non nocens, qui  
tamen si omittetur,  
expeditorem redde-  
ret hominem: ita con-  
tingit in his que ra-  
tio dicit agenda,  
vel omittenda in or-  
dine ad vitam eter-  
nam. Quaedam nam-  
que indicit vt omni-  
no necessaria ad vi-  
tam eternam, & hec  
sunt precepta obli-  
gantia ad peccatum  
uortale, ut non adul-  
terari &c. Quaedam  
vero indicit non vt  
necessaria ad vitam  
eternam, sed vt ad in-  
tegritatem vite spe-  
ctantia: & hec sunt  
precepta obligantia  
ad veniale peccatum,  
vt non dicere uer-  
bum otiosum, & hu-  
iusmodi. Nam ue-  
niale peccatum tollit  
non eternam vitam, sed integritatem vite anime pergentis in  
vitam eternam. Quaedam vero indicit vt conferentia ad vitam  
eternam: & hec sunt consilia, que non obligant, sed siue fiant, siue  
no, nihil illicitum incurrunt, vt seruare uirginitatem, ingredi religio-  
nem, & hmoi. Ita q inter consilia, & precepta tam primo, qua  
secundo modo, hanc est differentia, quod preceptum omne ne-  
cessitatem imponit, licet diuersimode, quia preceptum obligans ad  
mortale, imponit necessitatem vite eterne, que est finis: precep-  
tum uero obligans solum ad veniale, necessitatem integritatis vite  
ad vitam eternam imponit: consilia autem nullam imponunt ne-  
cessitatem. Et quia inobedientes constat esse, qui nolunt parere  
superiori in his, que necesse est eos exequi, si peccare nolunt: &  
similiter obediens sunt non solum qui obediunt in simpliciter  
necessarijs ad vitam eternam, sed in omnibus stantibus, quorum  
omissio illicita est: ideo obediencie & inobediencie obiectum est  
preceptum communiter sumptum, ut distinguitur contra consi-  
lium. Et hoc manifestum fit ex actu utriusque. Nam obediencie  
actus proprius est facere, uel omittere aliquid ut superioris uo-  
luntate sibi nota impleat. Inobediencie uero proprius actus est  
facere, uel omittere aliquid ut contra qualitercumque insinuatam,  
uel creditam uoluntatem superioris faciat; hoc est enim, pprie  
contemnere, contrarie oppositum actui obediencie. Constat na-  
que, quod si quis ideo aliquid facit, uel omittit quantumcumque  
minimum, ut superioris mandatum impleat, de inobediencia lau-  
datur: & qui oppositum, ut scilicet contra superioris mandatum faciat,  
contemptor dicitur, & est. Propter quod etiam in constitutioni-  
bus fratrum ordinis Predicatorum sub distinctione dicitur, Ni-  
si propter preceptum, uel contemptum, raquam precepti stricte  
sumpti transgressio, distinguitur contra transgressionem cotem-  
ptus. Et uere sic est, quia siue ad sit contemptus, siue non, sola tras-  
gressio precepti obligantis ad mortale, inducit peccatum mor-  
tale: & similiter siue ad sit preceptum ad mortale siue non, solus  
contemptus obligat ad mortale. Qui enim frangeret silentium  
hac intentione, ut faceret contra uoluntatem indicentis illud, hic  
uere contemneret, & mortaliter peccaret. Sine huiusmodi autem  
toties dicta intentione, uidelicet, ut faciat contra superioris uolu-  
tatem, seu mandatum, nunquam est contemptus.

Ad primam ergo obiectiōem in oppositū dicitur, qd cū in litera  
dicitur, Oēs actus uirtutū non esse in precepto, sumitur præcep-  
tū cōter, et distinguitur contra consiliū: qm̄ multi actus uirtu-  
tū sunt in consilio, ut nouere, qui est actus religionis, & similes, &  
non sumitur præceptū stricte ut distinguitur contra mandatum.  
Ad secundū uero dicitur, qd quia inobediencia formaliter im-

portat contrarietatem ad preceptum mortale importat contrarietatem  
ad preceptum, & inobediencia importat contrarietatem ad preceptum, &  
punitio omne mortale est inobediencia  
rum, sicut supra de iustitia di-  
ctum est.\*

AD TERTIUM dicitur, quod  
obediencia, sicut & quelibet uir-  
tus, debet habere promptam uo-  
luntatem in suum proprium  
obiectum, non autem in ad  
quod repugnans est ei. Propriū  
autem obiectum obediencie est  
preceptum, quod quidem ex al-  
terius uoluntate procedit. Unde  
obediencia reddit promptam ho-  
minis uoluntatem ad imple-  
dum uoluntatem alterius. Pre-  
cipiens. Si autē id quod ei præ-  
cipitur, sit propter se ei uoluntū,  
et absque ratione precepti, sicut  
accidit in prosperis, iam ex pro-  
pria uoluntate tendit in illud, &  
non uidetur illud implere pro-  
pter preceptum, sed propter uo-  
luntatem propriam: sed quan-  
do illud quod præcipitur, nullo  
modo est secundum se uoluntū, sed  
est secundū se consideratū pro-  
pria uoluntati, repugnans, sicut  
accidit in asperis, tunc omnino  
manifestum est, quod non imple-

Q. 93. ar. 2.  
Lib. 5. cap. 4.  
ante mediū  
som. 5.

sum dicitur: quia aliqua uirtus est, cuius obiectum  
preceptum, ut magnificencia. Male ergo dicitur  
concurrunt ad preceptum cum actibus omnium  
omnibus actibus uirtutum.  
Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, qd licet præcep-  
tus principalibus, sicut cū dicitur, qd oēs actus uirtu-  
tas, intelligitur de principalibus uirtutibus, sicut  
gales & cardinales, quod quilibet collat  
cundo, dicitur qd cuiuslibet actus uirtutis  
sed non eodem modo: quia actus uirtutis cuiuslibet  
cepto affirmatiuo, qd obligat semper ad illud  
aut cōtrariū cadit sub precepto negatiuo, qd  
ad semper. Et prope quilibet tenetur obedi-  
turalis iuris, de actu magnificencie, & hoc ad  
tias, & oportet magnificos facere impare  
libes, quantumcumque pauper, tenetur ad  
fidentiam. Stat ergo solida differentia ad  
In eadē respōsione ad primū illud. Quod  
cadunt, qd ad nullā alīā uirtutē pertinet  
sunt mala, nisi quia prohibita, uel obiecta  
quia prohibita, ad nullā alīā uirtutē pertinet  
Et est rō dubij, quia uerbum licet prohibet  
In oppositū autē est, qd frangere contra  
lum, nisi quia prohibita, spectat ad  
ad uirtutem abstinentiæ & rapina uirtutem  
quod non est malum, nisi quia prohibita, uel  
& abstinere ab hoc ipse dicit ad  
K. Ad hoc dicitur, quod ut patet ex præcepto  
lij. Non uidetur ergo uerum esse, quod  
si facere homines uirtuosos præcepta  
uirtutum sic dantur, ut quidam actus sunt  
uel uitia, ut colere patrem, non licet, non  
dam autem em se ad nullam uirtutem  
q mandantur in tali materia  
Si n. præcipitur aliquid pro uirtute  
actus religionis, & sic de alijs ut  
hoc q in oppositū dicitur, inobediencia  
se, ita q sensus est. Quædam quædam  
secundum se ad nullam uirtutem  
quæstionis est uera, quia eam ad  
re mala, quia prohibita. Et pars affirmatiua  
ra: quia uita secundum se ad nullam uirtutem  
no n est minus si diuersa in diuersis

In responsione ad quatuor... An art. 3. eiusdem...

tur, nisi propter preceptum. Et ideo Greg. dicit in li. \* Moral. q. obedientia, que habet aliquid de suo in prosperis, est uel nulla, uel minor: quia scilicet uoluntas propria non uidetur principaliter tendere ad implendum preceptum, sed ad assequendum proprium uoluntatem. In aduersis autem, uel difficultibus est maior, quia uoluntas propria in nihil aliud tendit, quam in preceptum. Sed hoc intelligendum est secundum id, quod exterius apparet: secundum tamen Dei iudicium, qui corda rimatur, potest contingere, quod etiam in prosperis obedientia aliquid de suo habens, non propter hoc sit minus laudabilis, si scilicet propria uoluntas obediens, non minus deuote tendat ad impletionem precepti.

AD QUARTUM dicendum, quod reuerentia directe respicit personam excellentem, & ideo secundum diuersam rationem excellentie diuersas species habet: obedientia uero respicit preceptum personae excellentis, & ideo non est nisi unius rationis. Sed quia propter reuerentiam personae obedientia debetur eius precepto, consequens est, quod obedientia hominis sit eadem specie ex diuersis tamen speciebus causis procedens.

ARTICULVS III.

Utrum obedientia sit maxima uirtutum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod obedientia sit maxima uirtutum. Dicitur enim i. Reg. 15. Melior est obedientia quam uictima; sed oblatio uictimarum pertinet ad religionem, quae est potissima inter omnes uirtutes morales, ut ex supradictis patet. Ergo obedientia est potissima inter omnes uirtutes.

¶ 2. Prat. Greg. dicit ult. Moral. quod obedientia sola uirtus est, quae uirtutes ceteras menti inserit, insertasque custodit: sed causa potior est effectu. Ergo obedientia est potior omnibus uirtutibus.

¶ 3. Prat. Greg. dicit ult. Moral. quod nunquam per obedientiam malum debet fieri. Aliquando autem per obedientiam bonum, quod agimus, intermittere debet; sed non pretermittitur aliquid, nisi pro meliori. Ergo obedientia, pro qua pretermittuntur bona aliarum uirtutum, est uirtutibus aliis melior.

SED CONTRA est, quod obedientia habet laudem ex eo, quod ex charitate procedit. Dicit enim Greg. ult. Moral. \* quod obedientia

non feruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non timore poenae, sed amore iustitiae. Ergo charitas est potior uirtus quam obedientia.

RESPON. dicendum, quod sicut peccatum consistit in hoc, quod homo contempto Deo commutabilibus bonis inhaeret, ita meritum uirtuosi actus consistit e contrario in hoc, quod homo contemptis bonis creatis, Deo inhaeret sicut fini. Finis autem potior est his, quae sunt ad finem. Si ergo bona creata propter hoc contemnuntur ut Deo inhaereatur, maior est laus uirtutis ex hoc, quod Deo inhaeret, quam ex hoc, quod bona terrena contemnit; & ideo uirtutes, quibus Deo secundum se inhaeretur, scilicet theologicae, sunt potiores uirtutibus moralibus, quibus aliquid terrenum contemnitur, ut Deo inhaereatur. Inter uirtutes autem morales tantum aliqua potior est, quantum aliquis magis aliquid contemnit, ut Deo inhaereat. Sunt autem tria genera bonorum humanorum, quae homo potest contemnere: propter Deum, quorum infimum sunt exteriora bona, medium autem sunt bona corporis, supremum autem sunt bona animae: inter quae quodammodo precipuum est uoluntas, in quantum scilicet, per uoluntatem hominis omnibus bonis utitur. Et ideo pro se loquendo, laudabilior est obedientia uirtus, quae propter Deum contemnit propriam uoluntatem, quam aliae uirtutes morales, quae propter Deum aliqua alia bona contemunt. Unde Greg. dicit in ult. \* Moral. quod obedientia uictimis iure preponitur, quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uero uoluntas propria maciatur. Unde et quaecumque alia uirtutum opera ex hoc meritoria sunt apud Deum, quod fiunt ut obediatur uoluntati diuinae. Nam si quis est martyr, sustineret, uel omnia sua pauperibus erogaret, nisi haec ordinaret ad impletionem diuinae uoluntatis, quod recte ad obedientiam pertinet, meritoria esse non possent; si autem nec si fierent sine charitate, quae sine obedientia esse non potest. Dicitur. n. prime loh. 2. quod quod dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est; qui autem seruat uerba eius, uerum est hoc charitas Dei perfecta est. Et hoc ideo est, quia amicitia facit idem uelle, & nosse.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod obedientia procedit ex reuerentia, quae exhibet cultum & honorem superiori. Et quantum ad hoc sub-

sone principali, An in litera concludat, quod obedientia est maxima uirtutum moralium. & est ratio dubia obcuritas literae. Ad hoc breuiter dicitur, quod neque secundum ueritatem, neque secundum literam, obedientia est maxima uirtutum simpliciter: quia theologales sunt prestantiores ea: ut in litera probatur. Nec est maxima in genere moralium, quia re ligio ad minus est instantior ea: quoniam religio ipsum Deum qui praecipit, colit: obedientia uero ad eius preceptum attendit. Constat autem, quod maius est Deum, quam Dei preceptum uenerari: sed est maxima in genere moralium talium, quae scilicet in contemptu temporalium consistunt. Et hanc excellentiam non habet obedientia quaecumque, sed illa, quae Deo uniuersaliter obediunt: sic enim, & non aliter precepto eius uoluntatem nostram subicimus. Si enim quaedam Dei precepta placet implere, & quaedam non, iam non Dei, sed non firam, quae implenda, & non implenda eligimus, sequitur uoluntatem. Omnes siquidem haec conditiones ex litera diligenter perspecta habentur. Et ex hac parte considerata obedientia, filia ponitur charitatis individualis, differens ab ea in hoc, quod charitas facit hominem cum Deo idem uelle, & idem nolle per modum amicitiae: obedientia uero per modum subditus. Homo enim recognoscens se tali amico subditum, perpendit iustum esse ut obediatur uolendo, & nolendo ut subditus quicquid ille praecipit. Et ex hac eadem parte obedientia causat omnium uirtutum etiam charitatis & fidei actus, ut scilicet impleat Dei precepta. Et ex eadem parte ponitur, quasi forma uirtutum aliarum, pro quanto actus reliquarum fiunt, ut impleantur diuina precepta, quod directe spectat ad obedientiam. Veruntamen quae

lib. ult. ca. 12 ante mediet. D. 916. K K 3 ipsa

ipsa impletio præcepti diuini ordinatur ad impletionem diuine uoluntatis per modum amicitie, quod est proprium charitatis: ideo finis præcepti & obedientie simpliciter est charitas, iuxta illud Apo. ad Titum. Finis præcepti est charitas.

In responsione ad primum eisdem articuli aduerte, quod obedientia dupliciter sumitur, casualiter, & formaliter: si formaliter, sic una est species: si casualiter, in multis reponitur speciebus, & laus eius, qua antepōnitur religionis actui, qui est uictimas offerre, conuenit ei casualiter, prout continetur sub religione, & spectat ad potiore religionis actum, qui est deuotio: Et ideo non est minus, si hoc modo præponitur minori actui religionis, tanquam si diceretur, meliorem deuotio, quam uictima: melius est sacrificium interioris uoluntatis, quam exterioris uictimæ, quod est per se notum. Et hanc rationem reddunt uerba Gregorij, dicendo quod mactatur uoluntas proculdubio in sacrificio diuinum.

In responsione ad tertium eisdem articuli aduerte, quod per bonum ad quod facit dum homo ex necessitate tenetur, non intelligitur solū de necessitate peccati mortalis, sed etiam uenialis: ita quod nulli homini homo tenetur obedire in his, que sunt peccata, quantumque minima, qua non sunt facienda mala, ut ueniant bona

Lib. ult. Mo  
ra. ca. 12. pa  
rum a prin  
cipio.

21. 22. 23. 24.

Lib. ult. Mo  
ra. ca. 13. cir  
ca princip.

ARTICVLVS IIII.  
Vtrum in omnibus sit Deo obedientia.

AD QVARTVM sic proceditur.  
VI, qd non in omnibus sit Deo obedientium. Dicitur enim Matth. 9. Dominus duobus cæcis curans præcepit dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exiit diffamauerunt eum per totam terram. Item: nec tamen ex hoc inconuenitur, ergo videtur, quod non tenetur in omnibus obedire Deo.

Præterea. Nullus tenetur aliquid facere contra uirtutem: sed inueniuntur quaedam præcepta Dei contra uirtutem, sicut præcepit Abraham, quod occideret filium innocenter, ut habetur Gen. 22. & Iudæis, ut furarentur res Aegyptiorum, ut habetur Exod. 11. quæ sunt contra iustitiam, & Osee, quod acciperet mulierem adulteram, quod est contra castitatem. ergo non in omnibus est obediendum Deo.

Præterea. Quicumque obedit Deo, conformatur uoluntati suæ uoluntati diuinæ, etiam in uolito: sed non quantum ad omnia tenetur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuinæ in uolito, ut supra habetur. ergo non in omnibus tenetur homo Deo obedire.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 24. Omnia quecumque locutus est Dominus faciemus.

Respondendum est, quod sicut supra dicitur, qui obedit, mouetur per imperium, sicut res naturales mouentur per motum. Et Deus est primus motor omnium, ita et est primus motor uoluntatum, ut ex supra dicitur, naturalis necessitate omnia naturalia mouentur, ita etiam quædam res rationales uoluntates tenentur obedire Deo. Ad primum ergo dicendum, quod dicitur, ut miraculum occultaret, dicens eos per uirtutem diuinam, sicut Greg. dicit 19. Moral. per uirtutem diuinam, quibus exemplum dedit, ut ipsi quædam occultare deli derent, & tamen ad uirtutem proficiant, prodantur in uirtute.

Ad secundum dicendum, quod dicitur, quod contra naturam, quia hoc est contra naturam, quod in ea Deus operatur, ut supra dicitur, ita et Deus nihil potest præcedere, nisi in hoc principaliter. Consilium enim uoluntatis humane, quod Deus in hoc sequatur imperium, quædam sunt uirtutis modi. Secundum hoc, quod dicitur, factum, quod filium innocecentem contra iustitiam, quia Deus est iustus, & nec fuit contra iustitiam, quod dicitur, ut res Aegyptiorum acciperent, quædam

diuersis uirtutibus continetur, licet secundum se considerata, prout respicit rationem præcepti, sit una specialis uirtus. In quantum ergo procedit ex reuerentia prælatorum, continetur quodammodo sub obseruantia: in quantum uero procedit ex reuerentia parentum, sub pietate: in quantum uero procedit ex reuerentia Dei, sub religione, & pertinet ad deuotionem, que est principalis actus religionis. Unde secundum hoc laudabilius est obedire Deo, quam sacrificium offerre, & etiã quia in sacrificio immolatur aliena caro, per obedientiam autem propria uoluntas, ut Greg. dicit. Specialiter tamen in casu, in quo loquebatur Samuel, melius fuisse Sauli obedire Deo, quam animalia pinguis. Amalecitarum in sacrificio offerre contra Dei mandatum.

Ad secundum dicendum, quod ad obedientiam pertinent omnes actus uirtutum prout sunt in præcepto. In quantum ergo actus uirtutum operantur casualiter, uel dispositiue ad earum generationem, & conseruationem, in tantum dicitur quod obedientia omnes uirtutes menti inserit, & custodit. Nec tamẽ sequitur, quod obedientia sit simpliciter omnibus uirtutibus prior, propter duo. Primum, quia licet actus uirtutis cadat sub præcepto, potest tamen aliquis implere actum uirtutis non attendens ad rationem præcepti. Unde si aliqua uirtus sit, cuius obiectum sit naturaliter prius quam præceptum, illa uirtus dicitur naturaliter prior, quam obedientia: ut patet de fide, per quam nobis diuinæ autoritatis sublimitas innotescit, ex qua competit ei potestas præcipiendi. Secundum, quia in suo fine gratiæ, & uirtutum potest præcedere, etiam tempore, omnem actum uirtuosum; & secundum hoc neque tempore, neque natura est obedientia omnibus aliis uirtutibus prior.

Ad tertium dicendum, quod duplex est bonum, quoddam, ad quod faciendum homo ex necessitate tenetur, sicut amare Deum, uel aliquid huiusmodi: et tale bonum nullo modo debet propter obedientiam prætermitti. Est autem aliud bonum, ad quod homo non tenetur ex necessitate, & tale bonum debet homo quandoque propter obedientiam prætermitti, ad quod ex necessitate homo tenetur, quia non debet homo aliquid bonum facere, culpa incurrando. Et tamẽ, sicut ibidem Greg. dicit, qui ab unoquoque bono subiectos uocat, necesse est ut multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si a bonis omnibus repulsa penitus ieiunet. Et sic per obedientiam, & alia bona potest damnum unius boni recompensari.

cui voluerit, dat illa. Similiter etiam non fuit contra castitatem preceptum Ofce factum, ut mulierē adulteram acciperet, quia ipse Deus est humanae generationis ordinator, & ille est debitus modus mulieribus vtendi, quem Deus instituit. Vnde pater, quod praedicti nec obediendo Deo, nec obediendo volendo peccauerunt.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam non semper tenetur homo velle, quod Deus vult, semper tamen tenetur velle quod a Deo vult eum velle. Et hoc homini praecipue innotescit per praecipuum diuinum: & ideo tenetur homo in omnibus diuinis praecipis obedire.

Super Quaestione transmissa quarta articulus quintus. In articulo eiusdem 104. collige ex praedictis ad obedientiam hominibus, & vide esse vera. Primum iuxta a superiori. Secundum, interiores animi motus. Tertio, spectantia ad naturam corporis. Restare ergo praecipuum, quod in dispositione actuum, & rerum humanarum homini homini subditur diuersimode iuxta diuersas potestates.

ARTICVLVS V.

Vtrum subditi tenentur suis superioribus in omnibus obedire.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod subditi tenentur suis superioribus in omnibus obedire. Dicitur enim Apostolus ad Col. 3. Filij obedite parentibus per omnia, & postea subditur. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, ergo eadem ratione alij subditi debent praelatis suis in omnibus obedire.

¶ 2 Praet. Praelati sunt medij inter Deum & subditos, secundum illud Deuter. 5. Ego sequester, & medius fui inter Deum, & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius: sed ab extremo in extremum non peruenitur, nisi per medium, ergo praecipua praelati sunt reputanda tanquam praecipua Dei. Vnde & Apostolus dicit ad Galat. 4. Sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum, & i. ad Thes. 2. Cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut vere est, uerbum Dei, ergo sicut homo debet Deo obedire in omnibus, ita & praelatis.

¶ 3 Praet. Sicut religiosi profitentur, vovet castitatem & paupertatem, ita & obedientiam: sed religiosus tenet quantum ad omnia seruare castitatem, & paupertatem, ergo similiter quantum ad omnia tenetur obedire.

SED CONTRA est, quod dicitur Act. 5. Obedire oportet Deo magis quam hominibus: sed quandoque praecipua praelatorum sunt contra Deum, ergo non in omnibus praelatis est obediendum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, obediens mouetur ad imperium praecipiens quada necessitate iustitiae, sicut res naturalis mouetur ex uirtute sui motoris necessitate naturae. Quod autem aliquares naturalis non mouetur a suo motore, potest contingere dupliciter. Vno modo, per impedimentum quod puenit ex for-

teriori uirtute alterius mouentis: sicut lignum non comburitur ab igne, si fortior uis aquae impediatur. Alio modo, ex defectu ordinis mobilis ad motorem, quia etiam subijciatur eius actioni quantum ad aliquid, non tamen quantum ad omnia: sicut humor quibus subijciatur actioni caloris quantum ad calefieri, non tamen quantum ad exsiccare, siue consumi. Similiter ex duobus potest contingere, quod subditus suo superiori non tenetur in omnibus obedire. Vno modo, propter praecipuum maioris potestatis. Vt enim dicitur ad Rom. 13. Super illud, Qui potestati resistit, ipsi sibi damnationem acquirunt, dicit glossa. Si quid iusserit curator, nunquid est tibi faciendum, si contra proconsulem iubeat? Rursum, si quid proconsul iubeat, & aliud imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi esse seruendum? ergo si aliud imperator, aliud Deus iubet, contempto illo obtemperandum est Deo. Alio modo, non tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid praecipiat, in quo ei non subdatur. Dicit enim Seneca in tertio de Beneficijs. Errat, si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere: pars enim melior excepta est. Corpora obnoxia sunt & ascripta dominis, mens quidem est sui iuris. Et ideo in his quae pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo. Tenetur autem homo homini obedire in his quae exterius per corpus sunt agenda, in quibus tamen secundum ea quae ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo: quia omnes homines natura sunt pares, puta, in his quae pertinent ad corporis sustentationem, & proles generationem. Vnde non tenentur nec serui dominis, nec filij parentibus obedire de matrimonio contrahendo, uel uirginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi: sed in his quae pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum, tenetur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus, in his quae pertinent ab bellum: seruus domino, in his quae pertinent ad seruilia opera exequenda: filius patri in his, quae pertinent ad disciplinam vitae, & curam domesticam, & sic de alijs.

¶ In responsione ad KK 4 ter.

Secunda Secunda S. Thomae.

efforum soluiari dicendo, quod confessor non ut homo, sed ut Deus exercet confessionis iudicium. Nam quod sicut in confessione, non sicut ut homo, sed ut Deus. Nec habet simile in quocunque alio actu ecclesiastico. Et ideo non est mirum, si etiam cogitationes cordis confessoris subdantur iudicio, sicut subdantur diuinae legi, quae vetat concupiscere uxorem, & rem proximi.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod ut in licita insinuat, inter materiam corporis, & actiones alias, ac res possessas, haec est differentia, quod homines in natura sunt pares: & ideo nullus in alterum imperium habet in his quae sunt naturae, ut alimētum, operimentum, & generatio: sed in actionibus, & rebus, ualde impares sumus, dum alij alijs praestant. Et ad haec disponenda, punienda, compellenda, & cetera, superiores instituntur. Et ideo in his homo tenetur homini obedire. Ecclesia autem per ieiunium non subtrahit alimētum, hoc enim praecipere multo minus potest, quam uirginitatem seruari: sed de tempore, & qualitate alimentum ordinat sic, ut naturae sustentatio necessaria non tollatur. Et sic Nouitiae, quod licet dicitur, quod homo non tenetur homini in utris obedire, intelligitur absolute, & non de homine qui iam se uoto proprio obligauit ad haec, puta, ad uirginitatem, & huiusmodi: hi enim tenentur obedire ratione uoti. Cum autem audis homines secundum naturam esse pares, intellige non de equalitate dignitatis, seu nobilitatis, quoniam & secundum animam, & secundum corpus, unus alio inuenitur nobilior a natura: sed de equalitate potestatis, quia nullus homo in his quae ad naturam spectant, habet potestatem super alium.

¶ In responsione ad KK 4 ter.

Secunda Secunda S. Thomae.

¶ In responsione ad KK 4 ter.

tertium eiusdem s. ar-  
tic. dubium occurrit,  
an religiosus teneatur  
obedire praelato  
praecipiente ea, in qui-  
bus potest praelatus  
dispensare, puta, quod  
comedat carnes, qd  
loquatur in loco si-  
lentii, & huiusmodi.  
Et est ratio dubii,  
quia ex quo facere ta-  
lia non est secundum  
regulam, sed regula  
relaxatio, non tenetur  
obedire. Ex eo autem  
quod praelatus potest  
relaxare in hoc  
regulam, sequitur,  
quod potest hoc praeci-  
pere, sicut alia quae  
non sunt expressa in  
regula.

Ad hoc dicitur,  
quod dispensatio potest  
fieri dupliciter. Primo,  
absolute sine  
causa discussione,  
quia sic videtur prae-  
lato superflucienus,  
aut sine cura dispensan-  
santi, vt communiter  
fieri videtur in istis  
leuitibus. Alio modo,  
cum causa vrgentis  
discussionis, & con-  
clusionis. Si praelatus  
ergo praecipiat ali-  
quid contra, vel  
praeter regularem vi-  
tam dispensando, pri-  
mo modo non tenetur  
subditus obedi-  
re, sed debet sequi  
potius statutum re-  
ligionis suae. Et ratio  
est, quia dispensatio  
sine causa legitima  
sufficiente ad relaxa-  
tionem legis in  
hoc casu non est dis-  
pensatio, sed dispensa-  
tio, nisi forte dispensans  
sit princeps in  
his quae sunt pure iuris  
positivi. Si vero  
praecipiat aliquid dis-  
pensando cum causa  
legitima, sic tenetur  
subditus obedire.  
Et ratio est, quia ex  
quo accessit legitima  
dispensatio, opus illud  
pro tunc non est  
contra, aut praeter regu-  
larem vitam, & ex  
alia parte subest causa  
praecipiens, ut fiat  
hoc opus propter ali-  
quem finem subordi-  
natum regulari conuer-  
sationi, seu vitae, ad  
quam omnia hominis  
praecipia ordinantur  
in religione, consequens  
est, vt nulla ratione ex-  
cusetur subditus ab  
huiusmodi obedientia.  
Vnde Bernardus in  
libro de dispensatione,  
& praecipio inquit.  
Votum meum non  
minuat praelatus  
sine necessitate,

AD PRIMUM ergo dicendum,  
quod hoc quod Apostolus di-  
cit, intelligendum est per oia, quan-  
tum ad illa quae pertinent ad ius  
patris, vel dominatiue potatis.

AD SECUNDUM dicendum, quod  
Deo subiicitur homo simplici-  
ter quantum ad oia & interiora, et  
exteriora, & ideo in omnibus ei  
obedire tenetur. Subditi autem non  
subiiciuntur suis superioribus  
quantum ad omnia, sed quantum  
ad aliqua determinate, & quan-  
tum ad illa media sunt inter  
Deum, & subditos. Quantum ad  
alia vero immediate subduntur  
Deo, a quo instruuntur per le-  
gem naturalem, vel scriptam.

AD TERTIUM dicendum, quod re-  
ligiosi obedientiam profitentur  
quantum ad regularem conuersationem,  
in qua tuis praelatis subdun-  
tur, & ideo quantum ad illa sola obe-  
dire tenentur, quae possunt ad re-  
gularem conuersationem pertinere. Et  
haec est obedientia sufficiens ad salu-  
tem. Si autem etiam in alijs obedire vo-  
luerint, hoc pertinebit ad cumu-  
lam perfectionis, dum tamen illa  
non sint contra Deum, aut contra  
professionem regulae, quae talis obe-  
dientia esset illicita. Sic ergo potest  
triplex obedientia distingui, vna  
sufficiens ad salutem, quae si obe-  
dit in his, ad quae obligatur: alia  
perfecta, quae obedit in omnibus  
licitis: alia indiscreta, quae etiam  
in illicitis obedit.

ARTICULUS VI.

*Vtrum Christiani teneantur seculari-  
bus potestatibus obedire.*

AD SEXTUM sic proceditur.  
Videtur, quod Christiani non te-  
neantur secularibus potestatibus obedi-  
re: quia super illud Matth. 17. er-  
go liberi sunt filij, dicit gl. Si in  
quolibet regno filij illius regis,  
quod regno illi praesert, sunt liberi, tunc  
filij regis illius, cui oia regna sub-  
duntur, in quolibet regno libe-  
ri esse debent: sed Christiani per  
fidem Christi facti sunt filij Dei,  
secundum illud Joannis primo,  
Dedit eis potestatem filios Dei  
fieri, qui credunt in nomine eius.  
ergo non tenentur potestatibus  
secularibus obedire.

¶ 2. Praet. Ad Rom. 7. dicit. Mor-  
tificati estis legi per corpus Christi,  
& loquitur de lege diuina ueteris  
testamenti: sed minor est lex hu-  
mana, per quam homines secularibus  
potestatibus subduntur, quam  
lex diuina ueteris testamenti. ergo mul-  
to magis homines per hoc, quod  
sunt facti membra corporis Chri-  
sti, liberantur a lege subiectionis

qua secularibus principibus a-  
stringebantur.

¶ 3. Praet. Latronibus, qui per vio-  
lentiam opprimunt homines, obe-  
dire non tenentur: sed Augustinus  
in 4. de ciui. Dei. Remota iusti-  
tia quid sunt regna, nisi magna  
latrocinia? Cum ergo dominus  
principum secularium plerumque  
cum iniustitia exerceatur, vel  
ab aliqua iniusta usurpatione  
principatum sumptum, vide-  
tur, quod non fit principibus secu-  
laribus, obedientiam a Christianis.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Ti-  
m. 3. Admone illos principes  
& potestates subditos esse  
1. Petri 2. Subiecti estote oia hu-  
manae creaturae propter Deum,  
sive regi, quasi praesentis: sive  
ducibus, tanquam ab eo missis.

RESPOND. Dicendum, quod iudex  
Christi est iustitia principum, &  
causa, secundum illud Rom. 3.  
Iustitia Dei per fidem Iesu Chri-  
sti: & ideo per fidem Christi non  
tollitur ordo iustitiae, sed magis  
firmatur. Ordo autem iustitiae requi-  
rit vt inferiores suis superioribus  
obediant aliter, non possent hu-  
manarum rerum status conferuari.  
Et ideo per fidem Christi non exci-  
tantur fideles, quin principibus  
secularibus obedire tenentur.

AD PRIMUM ergo dicendum,  
quod sicut supra dictum est,  
seruitus qua homo homini subi-  
ciatur, ad corpus pertinet, non ad  
animam, qua libera manet. Nunc  
autem in statu huius vitae per gra-  
tiam Christi liberamur a defectibus  
animae, non autem a defectibus  
corporis, ut patet per Apo-  
stolum ad Ro. 7. qui dicit de lep-  
so, quod mente seruit legi Dei,  
carne autem legi peccati. Et ideo  
illi qui sunt filij Dei per gratiam  
liberi sunt a spirituali seruitute  
peccati: non autem a seruitute cor-  
porali, qua temporalibus dominis  
tenentur astricti, ut dicit eodem  
per illud 1. ad Tim. 6. Quicumque  
sunt sub iugo seruorum, &c.

AD SECUNDUM dicendum,  
lex ueteris fuit figura noui testam-  
enti, & ideo debuit cessare ueritate ve-  
niente. Non autem est simile de le-  
ge humana, per quam homo subiecitur  
homini. Et tunc est ex lege diuina  
homo tenetur homini obedire.

AD TERTIUM dicendum, quod prin-  
cipibus secularibus, inuis homines  
obedire tenentur, in quantum ordo  
iustitiae requirit. Et ideo si non ha-  
beant iustum principatum, sed in ius-  
tiam patu, vel si iniuste accipiunt potestatem,  
tenentur eis subditi obedire, nisi  
forte per accidens, per uitium  
scandalum, vel periculum.

2. di. 44. q. 2.  
2. 2. Et quo.  
2. art. 9. cor.  
Est August.  
lib. 1. quaest.  
euang. c. 23.  
tom. 4.



QVAESTIO CV.

De Inobedientia in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de inobedientia.

Et circa hoc quaruntur duo. Primo, Vtrum sit peccatum mortale. Secundo, Vtrum sit grauisimum peccatorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum inobedientia sit peccatum mortale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd inobedientia non sit peccatum mortale. Obiicitur Ambrosij superi postea. Si ergo inobedientia esset peccatum mortale, oē peccatū esset mortale.

2 Prætor Gregor. dicit 3. Moral. quod inobedientia oritur ex inani gloria: sed inanis gloria non est peccatum mortale. ergo nec inobedientia.

3 Prætor. Tunc dicitur aliquis esse inobediens, qm superioris præceptum non implet: sed superiores multoties præcepta multiplicant, quæ vix, aut nunquam omnia pnt obseruari. Si ergo inobedientia esset peccatum mortale, sequeretur qd homo non posset vitare mortale peccatum, quod est inconueniens. non ergo inobedientia est peccatū mortale.

SED CONTRA est, quod ad Romanos 1. & secundum ad Tim. 3. inter alia peccata mortalia computantur parentibus non obediētes.

RESPON. Dicendū, qd sicut supra dictū est, peccatum mortale est, quod contrariatur charitati, p quam est spiritalis vita. Charitate autem diligitur Deus, & proximus. Exigit autem charitas Dei, vt eius mandatis obediatur, vt supra dictum est. Et ideo inobedientem esse diuinis præceptis est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectionis cōtrariū. In præceptis aut diuinis continetur, qd etiam superioribus obediatur. Et ideo etiam inobediētia, qua quis inobediens est præceptis superiorū, est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectioni cōtrariū, sicut illud ad Ro. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Cōtrariatur insup dilectioni pximi, iquā tū superiorū pximo subtrahit obediētia, quā ei dēt.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd illa diffinitio Ambrosij datur de peccato mortali, quod habet perfectam peccati rationem. Peccatum autem veniale non est inobedientia, quia non est contra præceptum, sed præter præceptum. Nec etiam omne peccatum mortale est inobedientia proprie, & per se loquendo, sed solum tunc, quando aliquis præceptum contemnit: quia ex fine morales actus speciē habent. Cum aut facit aliquid contra præceptum, non propter præcepti contempum, sed propter aliquid aliud, est inobedientia materialiter tantum, sed pertinet formaliter ad aliam speciem peccati.

AD SECVDVM dicendum, qd inanis gloria appetit manifestationē alicuius excellentiæ. Et quia usq ad quandam excellentiam ptinet, qd homo pceptis aliterius nō subdatur: inde est qd inobedientia ex inani gloria oritur. Nihil autē prohibet ex peccato ve-

niali oriri mortale, cum veniale sit dispositio ad mortale.

AD TERTIVM dicendum, qd nullus obligatur ad impossibile: & ideo si tot præcepta prælatus aliquis ingerat, seu iniungat, quod subditus ea implere nō possit, excusatur a peccato. Et ideo prælati abstinere debent a multitudinē præceptorum.

ARTICVLVS II.

Vtrum inobedientia sit grauisimum peccatorum.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod inobedientia sit grauisimum peccatū. Dicitur enim 1. Regum 15. Quasi peccatum arietandi est repugnare, & quasi scelus idolatria nolle acquiescere: sed idolatria est grauisimum peccatum, vt supra habitum est. ergo inobediētia est grauisimum peccatum.

2 Prætor. Illud peccatum dicitur esse in Spiritum sanctū, per quod tolluntur impedimenta peccati, vt supra dictū est: sed per inobediētia contemnit homo præceptum, quod maxime retrahit hominem a peccando. ergo inobediētia est peccatum in Spiritum sanctum: & ita est grauisimum peccatum.

3 Prætor. Apostolus dicit ad Romanos 5. Quod per unius inobediētia peccatores multi constituti sunt: sed causa videtur esse potior effectu. ergo inobediētia videtur esse grauius peccatū, quā alia quæ ex ea causantur.

SED CONTRA est, qd grauius est contemnere præcipientē, quā præceptum: sed quedam peccata sunt contra ipsam personā præcipientis, sicut patet de blasphemia, & homicidio. ergo inobediētia nō est grauisimum peccatū.

RESPON. Dicendum, qd non omnis inobediētia est æquale peccatum. Potest enim vna inobediētia esse grauior altera dupliciter. Vno modo, ex parte pceptis. Quamuis enim omnē curam homo apponere debeat ad hoc, quod cuiuslibet superiori obediatur, tū magis est debitum qd homo obediatur superiori, quā inferiori potestati, cuius signū est, qd præceptum inferioris prætermittitur, si sit pcepto superioris contrariū. Vnde consequens est, quod quāto superior est ille qui præcipit, tanto ei inobediētem esse sit grauius, & sic inobediētem esse Deo, est grauius quā inobediētem esse homini. Secundo, ex parte præceptorum. Non enim præcipiens æqualiter vult impleri oia quæ mādatur. Magis, n. vnusquisq; præcipiens vult finē,

Super Quæstio. 103. Articulum secundum.

In artic. 1. eiusdem 105. qd. nota primo, qd in litera inobediētia diuini præcepti grauius dicitur peccatum, quā adulterium ex ipsa ratione inobediētia, quia scilicet est peccatum cōtra Deum: illud vero est peccatum in hominem. Et ex principio corporis articuli manifestat sensus intentus, quod scilicet intendit de illa inobediētia ratione, quæ tenet ex parte præcipientis Dei. Nam cum ad præceptū tria concurrant, scilicet præcipientis excellentia, actus præceptus, & ipsum præceptum, author in litera grauitatem inobediētiæ graduat ex duobus primis, scilicet diuersitate præcipientium, & re præcepta: & ex excellentia Dei præcipientis, inobediētia diuini præcepti præponit peccato in hominem, ut patet in litera. Quo fit ut presens litera aut intelligatur de ratione causali inobediētiæ, est enim excellentia præcipientis ratio causalis inobediētiæ, ut in q. præcedente art. 2. ad 4. dixit author: aut intelligatur de ratione formali inobediētiæ, qua constituitur in hoc, quod est esse peccatum contra Deum, iuxta ibidem a nobis explanata. & licet uterque sensus in idē deducatur, sensus tamē formalis est & c. Declaranda occurrit deinde litera, quia obscura apparet. Scito ergo quod litera ab illo loco, sic ergo oportet secundum diuersos inobediētiæ gradus, incipit applicare ad propositum, & tres, aut quatuor comparationes facere. Prima est inter inobediētia Dei, & peccatum contra hominem, scilicet Dei inobediētia. Verbi gratia.

Opu. 64. c. 11. & Heb. lect. 2.

Q. 94. art. 3. Q. 14. art. 2.